



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ioannis Perpiniani Valentini, Societatis Iesv
Presbyteri. Orationes Dvodeviginti**

Perpiña, Pedro Juan

Lvgdvni, 1622

Tertia decima, de retinenda veteri religionè, &c. habita est Parisiis. III.
Non. Iulij, 1566. praesente Iacobo Seriano Venetorum legato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13368

tur à pædagogis illis, quos isti callidi venatores tanquã canes ad hominũ mêtes capiẽdas emittunt in omnes partes, diligenter vobis prouidẽdũ est. Hac priuata cura atq; domestica, quæ maxima ex parte vestra est, cõsensione bonorũ omniũ clarissimi Archiepiscopi optimi religiosissimique viri auctoritate; prætoris præstantis insigni sapientia & virtute; quodque omnib. reb. caput est, auxiliis diuinis atq; cœlestib. hæc vestra respub. è tot tamq; grauib. recreata malis, magis in dies ac magis efflorescet, & diuina liberalitate omnib. bonis cumulata, diuturna pace, otio tranquillitate perfruetur. Hæc ante omnia dicenda esse duxi, crastina die ad explicationem literarum sacrarum aggrediemur, cuius ex præfatione omnem cõsiliij nostri rationem cognoscetis.

PETRI IOANNIS
PERPINIANI.

*De retinenda veteri religione, & falsa recentium
hereticorum doctrina reiicienda,
ad Parisienses.*

ORATIO XII.

QVANTVM mihi venienti lætitiã
huius amplissimæ pulcherrimæque

offen

urbis primum cogitatio, deinde adspectus attulit, Parisienses, tantum apud vos comoranti doctissimorum hominum offensio, nescio unde sanè, non ab vlla quidem certè nostra iniuria nata, multorūque ciuium à nobis alienatio affert dolorem. Nam vt iucundissimum fuit hoc humanæ diuinæque sapientiæ clarissimum domicilium, hanc vestrum frequentiam tantam, quantam me nusquam videre memini, animo primum, deinde oculis intrueri: sic vniuscuiusque voluntate perspecta, angor equidem intimis sensibus, cruciòrque vehementer, eos viros à nobis abhorrere, quorum & iugenij vim, & doctrinæ varietatem, & orationis copiam multò antè, quàm viderem amare cœpi. Ac me quidem multos abhinc annos tantæ sapientiæ fama permotum, quanta semper his augustissimis in sedibus versata est, ad vos toto animo, totaque voluntate iam iamque properantem, non quæ iam primum ab Henrico fortissimo rege, contra Carolum imperatorem inuictum sumpta sunt arma quam diuina quædam vis, ac totius vitæ subita cōuersio retardauit. Quò mihi etiam gratior & iucundior accedit hic meus aduentus, cum ille idē, qui prohibuerat aliquando. Deus nūc non passus modò fuerit, verū iusserit etiā

ac prope
tus vide
diuturna
pleretur
beralem
batam,
sem tale
gare no
rorum
oportet
tis læt
risense
sue fa
aliena
capiō
luauic
uentu
illos c
hil ali
carerē
bitate
ta bo
semp
mur.
mult
lecta
disco
quier
dam

ac propemodum coëgerit venire, vt illa v-
tus videndæ huius vrbs auiditas, tâquam
diuturna sitis, hoc tempore potissimum ex-
pleretur. Quod si quorum eruditionem li-
beralem, & elegantiam exquisitâ ante pro-
batam, eorum animos erga nos offendis-
sem tales, quales aut optasse me sæpè ne-
gare non possum, aut eruditissimorum vi-
rorum in homines doctrinæ studiosos esse
oportebat, nihil omninò nihil ad volupta-
tis lætitiæque cumulum mihi defuisset, Pa-
risienses: nunc autem siue ratio eos aliqua,
siue falsa opinio, siue quid aliud à nobis
alienauit: tantò maiorem in medio gaudio
capio dolorem, quantò cùm vberiores, tum
suauiores & ipsis, & nobis, & vniuersæ iu-
uentuti futuros fuisse intelligo cōsensionis
illos concordiaque fructus. Nam ipsi, vt ni-
hil aliud assequerentur, hac certè molestia
carerēt quam ex dissidio volūtatum & acer-
bitatē animorum trahunt; nos & alia mul-
ta bona consequeremur; & illa vitæ, quàm
semper optauimus, tranquillitate frueremur:
iuuentus autem ex omnibus Galliæ,
multisque aliarum gētium ciuitatibus de-
lecta, nullis distracta odiis, nullis impedita
discordiis, nullis tumultib⁹ perturbata, quo
quietè magis, eò etiam vtilius ad percipien-
dā optimarum artium doctrinam & ipso

rum opera & nostra vteretur. Verum vna
 me consolatio sustentat; quod neque vllō
 nostro peccato dissident à nobis? neque per
 nos aliquando stetit, quò minùs cum iis,
 quos nulla à nobis causa disiunxerat, rur-
 sus omnibus offensionibus oblitteratis, coi-
 remus. Illud enim tantum postulamus, quod
 in hac vrbe nemo non obtinuit, nisi qui no-
 luit, vt Academiæ institutis ac moribus pa-
 rentes, ne deteriore, quàm cætera collegia,
 cōditione simus: & ea dicere ac facere num-
 quā destitimus, quæ ad multorum animos
 iratos & quamuis horribiles impetus pla-
 candos, pertinerent. Hac æquitate causæ,
 innocentiaq; nostra fretus, nullius equidem
 hominis, nisi qui antè damnare, quàm au-
 dire voluerit, iudicium pertimesco: regem
 certè sapientiozem, quàm fert ipsius ætas,
 lectissimósque viros, quos ille in consilium
 adhibet, causam eam probaturos esse non
 dubito, quæ nihil in se habet neque crimi-
 nosum, neque iniquū, nisi aduersariorū odio
 inuidiaque confectū. Nam quod nos omnes;
 quia pauci sumus Hispani, magis accusato-
 riè, quàm verè, parua de parte peregrinos
 vocant, videant ne duriozem sibi ipsi con-
 ditionem statuam, si neminem alienigenam
 in hac vrbe ferendum esse contendam, cum
 totius aduersum nos belli principē ac du-
 cem

O
 cem habeant ho
 rō me cur Hispa
 præsertim Parim
 tis amicissimos
 profiteri timeam
 religione disiu
 tãquã inter ho
 nos vna sentē
 proximis ann
 bus exorta, f
 temporibus
 nes terrarum
 biscum adstr
 necessitudo,
 æternam fo
 omnino deu
 nos, & nost
 odium, nequ
 lentiam, at
 Ipse quiden
 in patria m
 sessum ita
 ciues meo
 lumitatis,
 studio tene
 lim saluam
 comprehen
 ne, nihil h
 peregrinu

cem habeant hominem externum. Ego verò me cur Hispanum esse negem, apud vos præsertim Parisienses, quos audiui de multis amicissimos esse nostræ nationi? Illi illi profiteri timeant civitatem suam, qui aut religione disuncti sunt, aut sic inter vos, tãquã inter hostes implacabiles, versantur; nos vna sententia, vna fides, vna religio non proximis annis ex obscuris Alpium faucibus exorta, sed iam inde ab Apostolorum temporibus longè latèque diffusa per omnes terrarum oras sanctissimis vinculis vobiscum adstringit: nos regum concordia & necessitudo, mutuis officiis confirmata, quã æternam fore & opto & speo, vobiscum omninò deuinctos tenet: vt & vestrum apud nos, & nostrum apud vos nomen non ad odium, neque ad ad pœnam, sed ad beneuolentiam, atque ad laudem debeat valere. Ipse quidem in hac vrbe ita viuo, mihi vt in patria mea esse videar: vestrum in confessum ita procedo, me vt apud Valentinis ciues meos dicturum putem salutis, incolumitatis, gloriæque vestræ tãto me sentio studio teneri, nullam vt civitatem esse malm saluam, & incolumem, & florentem: comprehendam breui, vno excepto sermone, nihil habere me alienum credo, nihil peregrinum. Quòd si parem vos erga me

voluntatem habere sensero: si plus apud vos veritatem, quàm fraudem; æquitatem, quàm inuidiam; tot sanctissimas necessitudines, quàm vetera dissidia valere cognouero, maior ad ea, quæ sunt agenda, mihi animus accedet. Si verò res opinionem meam quàm de vobis habeo, fefellit, quod hac humanitate, religione, fide vereri non possum, sed si res aliter euenerit quàm speramus, nihil nos tamen de studio erga vos nostro aut, diminuemus, aut remitemus, Parisienses; ac vestris commodis constanti voluntate, more & instituto sodalitatis nostræ inservientes, si quid in nobis erit ingenij, doctrinæ, eloquentiæ, quantulum idcùmque demum erit; si quid Spiritus & sanguinis, id omne ad cōmunionem horum temporum conferemus. Venimus enim in medium rerum omnium certamen atque discriminē: iugulum crudelissimus hostis generis humani, iugulum omniū vestrū petiit; qui cū antiquiūs nobis religione, ac fide Catholica nihil esse debeat, hanc ipsam, sine qua salui esse non possumus, conatur auferre. Atrocitas illa & periculosa tempora, quæ B. Paulus Timotheo futura prædixit ad extremū, non aduentare & appropinquare, sed instare iam planè, adesseque videntur: quibus temporibus quàm magno vos animo præ-

ceteris

3. Tim. i.

cæteris à regia maiestate; dignitate & salute patriæ, à veritate religionis antiqua steteritis, Parisienses, tametsi longissimè tū aberam à vobis, tamen vsque in vltimis Austri partes ad me fama peruenit. Magna huic ciuitati laus ab omnibus bonis: magna Deo à vobis gratia debetur, cuius munere ac dono singulari, tetrā illam immanēque belluam vti par erat, exhorrescentes, & patriæ ad interitum ruenti charitatem, & regi ad maiorum suorum gloriam efflorescenti fidem, & Deo vos, patriam, regem, omnia tuenti & conseruanti, cultum illius beneficentiæ debitum præstitistis; quem animum cum retineatis adhuc, & spes certa sit, perpetuò vos eundem habituros; laudatione potius apud vos copiosā & ornatā opus erat, quàm graui & ardenti cohortationē. Verū quia curriculum veræ integræque laudis nullis certis regionibus definitū est, ac nemo tantū processit in officio colendo, quin spatium quoddam immensum habeat ad excurrendum; & qui cæteros longo post se interuallo reliquerunt, vincere tamen ac superare se ipsi possunt, faciam ipse libenter in concione, quod in circo prudentes aurigæ, incensi victoriæ cupiditate faciebant; vósque sponte vestrā satis incitados, voce & adhortatione mea ad cursum adiu-

uabo. Magna enim cura prouidendum; omnibus corporis ingeniiq; viribus enitendum vobis est, Parisienses, ne quam in medio armorum terrore adepti estis, eam omnē gloriam in otio & pacis securitate perdatis. Cauendum est diligenter, ne dum nouam amplecti vultis (quāquam vos nolle certò scio) sed cauendum ne velitis aliquando nouā amplecti, atque omnem intereā religionem amittatis. Et quoniam hæc ciuitas iam inde vsque ab Apostolis per Dionysium Areopagitam, eiusque socios excellentes viros imbuta Christiana pietate, deinde Francorum regum imperio in altissimo dignitatis gradu collocata quam semel arripuit, eam ad hoc tempus magna cū laude seruauit fidei doctrinam, danda vobis est opera, ne quando patriæ vestræ splendorem illa turpitudine & macula quam nulla vñquā præclare facta delere possint, obscuretis, vt vos primi post hominum memoriam, in hac vrbe dicamini à Christo liberatore nostro atque duce, ad improbi dæmonis hostis terribili signa transfugisse. Adhibete, quæso, animos mentesque vestras, Parisienses, non solum aures ad orationē meam ad mouete, vt intelligatis, quā detestanda ac fugienda sit ista noua, vt ipsi vocant, religionis, vt ego sentio, impietatis disciplina: declarant illi

illi suo sibilo, quid ipsi de religione sentiāt,
 verūm, id me recreat, Parisienses quòd ex
 eorum murmuratione debilitata & fracta
 cognoscere potuistis esse paucos: nō vnum
 est eorum, qui res novas moliuntur, genus,
 multæ nobis valde inter se dissidentes ob-
 truduntur disciplinæ. Sed omnes tamē isti,
 qui ex officinis & tabernis, non tāquam ex
 equo Troiano, sed velut ex Apollinis Del-
 phici specu repentē nobis doctores prodie-
 runt, se dicunt sancti Spiritus afferre doctri-
 nam. Ego contra religionem à maioribus
 acceptam; solam à Deo profectam esse aio:
 recentem autem istam, & inanem speciem
 religionis, à malo demone adūbratā & ho-
 minum animis obiectā esse contendo. Nam
 Iesus Christus Dei Filius genus humanum
 à diabolo graui seruitute oppressum, pluri-
 misque tum diuinis, tum humanis de rebus
 falsis opinionibus quasi tenebris obcæcatū,
 ab errore & vana superstitione, illo supera-
 to & eiecto, ad veritatis lucem reuocauit:
 cuius doctrinā cū Apostoli discipulis suis,
 illi posteris tradiderint summa cura atque
 fide, vera religio perpetua quadam Ecclesiæ
 successione ad nos vsque permanauit. Quòd
 enim lacus Lemani Tritones buccina fi-
 gno dato Rhodani ranis vniuersis prædica-
 re solent, iam pridem illam doctrinæ succes-
 sionem

Ioan. 12.
& 17.

a Lib. 1. c.
23. & lib.
3. cap. 3.
b Ep. 165.
c Lib. 1. 2.
contra
Parmen,

sionem interruptam esse, tempus notent; definiant personas; doceant quando primum illa fuerit, & quibus in hominibus intercis-
sa, libenter eos audiemus: quamdiu infinite loquentur; quamdiu certi nihil afferent? quamdiu suum illud iam pridē, planius explicare nō potuerunt, meritō vos veteribus illis assenciemus, *a* Irenæo, *b* Augustino, *c* Optato, qui ad hæreticos refutandos, totum successionis ordinem in Ecclesia Romana, in qua illa maximè eluxit, nominatim exposuerunt? istos autē existimabimus in illa tam densa & tā cæca fluminis lacunarūque nebula & caligine, nondum satis perspicere potuisse quid dicant: nimis longum esset, Parisienses, omnia in medium proferre, quæ in utrāque partem de successionis huius ratione disputantur. Libros habetis per multos à doctissimis religiosissimisque viris accuratè cōscriptos: quibus ex libris cognoscetis istos è cœlo nō delapsos, verū deiectos doctores in hac salebra, nullo exitu inuento, sic hære, magis ut miserandi videantur esse, quàm vrgendi. Ac certè si rem ipsam volumus penitus intueri, quā absurdum est, successionē tamdiu cōtinuatam veræ pietatis, aut patrum nostrorum, aut superiore memoriâ subitō fuisse præcisam, ut per excucullatos quosdam homines longo
inter

interuallo reuocata pertexeretur; neque verò sum tam habes, ut non intelligam, quid ignorantia affligerit, quid auaritia introduxerit, quid negligentia detraxerit, quid dominandi cupiditas excogitarit: scio multa temporis diuturnitate; multa populi in parendo socordiâ, multa eorum qui præsunt, in remittendo dissolutione, multa multis omnium ordinum vitiis atque peccatis esse corrupta: fuit hoc ætatum omnium commune malum. Numquam defuerunt, qui ad exitium perniciemque conuerterent quæ ad vtilitatem fuissent atque ad salutem instituta præclare. Corinthij, viuentem Paulo, Domini mensam intemperantiâ suâ contaminauerunt. Ille idem quosdam reprehendit qui quæstum arbitrarètur esse pietatem. In Creta exstiterunt, qui docerent quæ non oporteret turpis lucri gratia. Exorti sunt aut Ephesi, aut alibi, qui ad inanem loquacitatem conuersi, vellent esse legis detestores, cum ipsi quid loquerentur, omnino nescirent, Romæ cum ille esset in vinculis, reperti sunt, qui partim inuidia permoti, si quo modo possent gloriam eius infringere, partim odio concitati, quò maiorem in eum inuidiæ flammam accederent, Christum denunciarè. Quare nihil sanè mirum, iacere nunc multas Ecclesiasticæ disciplinæ partes;

1. Co. 12.

1. Tim.

Tit. 1.

1. Tim.

Philip.

parres; cū Apostoli ipsi nonnulla viderint
 tanto antè deprauata. Verū vt illa vetera
 Ecclesiæ vulnera tum apostolicæ litteræ
 tum Concilia œcumenica sanarunt, sic om-
 nibus plagis recentibus Cōcilium Triden-
 tinum maximum atque sanctissimum, pro-
 ximis annis medicinam fecit: cuius decreta
 salutaria si apud nos valere pateremur,
 nouos istos non denuò formandæ, vt ipsi
 dicunt, sed deformandæ religionis artifices,
 nihil profectò desideraremus: quæ verò cō-
 tinentur exquisita disciplina quæ consuetu-
 dinis rectæ sunt non corruptelæ, ea vel ab
 ipso Deo per apostolos ad nos fluxerunt,
 vel post ab aliis eximia vitæ sanctitate vi-
 ris eiusdem spiritus afflatu instituta, non ad
 alium, quàm ad Deum auctorem referri de-
 bent, nisi fortè existimamus; quæ intem-
 perantes Monachi, relictæ maiorum disci-
 plina inter ludentium liberū greges cum
 amica communicauerunt, à Deo manasse;
 quæ viri continentia, & omni, genere lau-
 dis præstantes incredibili diligentia consti-
 tuerunt humanæ prudētiæ assignanda esse,
 non cōsilio diuino: At ista noua pestis quem
 alium auctore habeat, nisi diabolum homi-
 num salutis inimicum & infestum, vt omnia
 quæramus, non inueniamus, ille se Christi
 cruciatu atq; morte perculsum cōfectūq;
 sentiens

sentiens &
 tum suis an-
 sione cona-
 æternæ v-
 mentibus
 dalterat c
 persis. Ille
 bionis, ille
 ille Sabel-
 storij; ille
 pernicio
 uit: ille
 torum a
 vt cū
 bis, m
 eripuisi
 no, bre
 Hic in
 ro a u
 tū este
 hac vn
 animo
 ad cor
 tura, n
 num
 prob
 ste, q
 & ne
 ego

sentiens & amissi regni dolore furens; quā-
tum suis artibus potest. tātum ei de possef-
sione conatur auferre; ille bona semina, ad
æternæ viæ fructus à Christo iacta, vel ex
mentibus humanis eruit, ac dissipat, vel a-
dalterat contrariis seminibus occultè dis-
persis. Ille nobis Nicolai quondam, ille He-
bionis, ille Marcionis, Valentini, Montani,
ille Sabellij, Arij, Eunomij, Macedonij, Ne-
storij; ille alias tot tamq; dissimiles, & tam
perniciosas disciplinas improbè dissemina-
uit: ille nostra memoria pestiferas in mul-
torum animis opiniones de religione seuit,
vt cū illecebris vitiorum, quasi malis her-
bis, multis iam antea mortalibus mentem
eripuisset, hoc errorū veluti præsentī vene-
no, breui multitudinem tolleret infinitam.
Hic insisto, hic hæreo, Parienses; nihil quæ-
ro aliud: hoc sum cōtentus vno, in quo tan-
tū esse momenti arbitror; vt si nulla re alia,
hac vna certè posse putem omniū vestrū
animos cōmoueri. Vt enim à Deo, cuius est
ad communicandum larga & benefica na-
tura, nihil nisi præclarū; & illustre, & homi-
num generi salutare potuit oriri, sic ab im-
probo dæmone generis nostri capitali ho-
ste, quidquid fuerit profectum, improbum,
& nefarium, & exitiabile sit necesse est. His
ego auditoribus nō probabo, dæmonē ma-
lum

Sermon.
de Temp.
44.

2. Tim. 6.

Math. 44.

lum vt veterum hærescōn, sic huius etiam
recētis amentia principem exstitisse? susti-
nebunt in tales viri tot eruditissimorū ho-
minum sententiis conspiratibus atque con-
flatis, tam discrepantia paucorum deliran-
tium somnia præposuisse? sustinebunt tot ci-
uitatibus, tot nationibus, prouinciis, regnis,
denique terrarum orbi non credidisse su-
stineant: reperiemus quibus eos fidem non
habere pudeat: reperiemus quæ spernere
non queant, ne si maximè quidem velint,
Nam siue causam & originem quæramus
religionis nouæ, siue ipsius quasi partus at-
que fœtus intueamur, omnia sunt eiusmo-
di, auctorem vt demonstrent malum dæ-
monem fuisse: siue testimonia, quàm ar-
gumenta malimus, ipsi noui Euangelij mi-
nistri testificantur, à diabolo se didicisse
quæ docent. Etenim duæ sunt, vt Augusti-
nus ostendit naturâ dissimiles & inter se
contrariæ quasi radices, quas in animis no-
stris duo inimicissimi agricolæ serunt, ra-
dix omnium malorum est cupiditas, radix
omnium bonorū est charitas, vt cupiditas
nihil ex sese afferre potest boni, sic charitas
nihil ex se fundere potest mali. cupiditatē
stirpem omnium malorū diabolus, quē ini-
micū hominū Conseruator noster appellat,
in mentes hominum immittit: charitatem,
omnium

omnium bonorum seminariū Christus, qui se modò seminatore, modò seminis boni sator vocat, nostris in pectoribus defigit: de caritate neminē vestrum dubitare suspicor: cupiditatem paucis accipite, vt aduersarius noster seriat. Viderat omnium viuentiū mater illā arborē cuius fructus vim habebat scientiæ boni malique gignendæ, sed nūquā in mentē ei venerat attingere cōtra quā fuerat diuinā lege præscriptū: affatus eā est callidus hostis atq; versutus: negauit morituros, si fructum vnquā illius arboris, dieissent: postea verò quā sublato metu mortis magnā cupiditati fenestrā patefecisset, vim illius scientiæ bonarum malarūque rerū ingenerandæ prædicauit; tum demum fructus ille mulieri suauissimus ad vescendum est visus: tum gratissimus eius oculis fuit color: tū ad spectu delectata, repentinā quādam exarsit cupiditate potiundi & fruendi: hæc inimici nostri ars est, Parisienses: hæc fallendi ratio, hæc nocendi via: quod, tum palam & apertè gessit, idem occultè quotidie intimis in sensibus cogitationibūque nostris gerit. Quocirca vt omnes charitatis foetus iure adscribimus & attribuimus Deo eius virtutis auctori, sic omnes cupiditatis noxios venenatosque fructus diabolo, vnde stirps illa nascitur, acceptos sine dubio

Or. p.

H H

referre debemus ; nunc ab vtra radice tot
 Euangelia noua sint orta, videamus Nemi-
 ni dubium esse puto, qui in Martinus Luth-
 erus princeps nouam Germaniæ dederit re-
 ligionis formam. à quo tamen vehementer
 dissenſerunt, qui sunt poſtea cōſecuti, quo-
 niam omnes tamen ab illo orti, conſilia ſua
 ſefaria eōdem contulerunt, ad Pontificatū
 Max. euerrendum, quæ res illi dederit no-
 uam docendi cauſam, eandem aliis multa
 comminſcendi cauſam attuliſſe credendū
 eſt De Luthero autem conſtat inter omnes
 quod ex ipſius etiam ſcriptis planum fieri
 poteſt, cum prædicandi remiſſionem pœna-
 rum (quas indulgentias noſtri vocant) po-
 teſtas Auguſtinianiſ, in quibus erat ille,
 adempta fuiſſet, atque ad B. Dominici fa-
 miliam tranſſata: tantūque illi dānum
 ea re feciſſent, quātum antea quaſtum illo
 præconio facere conſueſſent, hominem pe-
 cuniæ magis cupidum, quā ſalutis aman-
 tem vel alienæ, vel ſuæ, ſanè grauiter mo-
 leſtèque tuliſſe, nec minus cœpiſſe crucia-
 ri, quā Terentianum illum Syrum, bolum
 tantum ſibi ereptū tam ſubitò è faucibus.
 hanc vnā illi principio fuiſſe cauſam ex-
 tenuandi Romanorum Pontificum aucto-
 ritatem? Itaque primò nihil aliud, niſi quæ
 detrimenti magnitudine quaſdam ei dolo-

lis

ris arduas faces adiuuauerant, poenarum remissiones oppugnabat: in quo cum esset aliquando vehementior & effrenatior quam deceret, in disputatione praesertim de religione & admoneretur, Dei causam paulo modestius ac lenius oportere tractari, cum illi ipsi, cuius res ageretur, fracti animi, & arbitrio suo carentis impotentes motus maxime displiceret, exclamasse dicitur homo furiosus, neque propter Deum controuersiam illam agitari coeptam esse, neque propter Deum aliquando factum iri finem eius agendam. O magna vis veritatis, Parisienses, quae saepe eorum ex ore ipsis non sentientibus erumpit, quorum interest eam taceri! alij, honesti homines, qui nihil istiusmodi suspicarentur, Dei causam à Luthero susceptam esse & opinabantur, & praedicabant, exsiluit ipse ira flagrans, Deiq; causam à se agi in conuentu palam omnibus audientibus negauit; nonne hoc vobis visus est dicere, non propter Deum, sed propter pecuniā, non ad illius maiestatem conseruandam, sed ad retinendū familiæ nostrae quæstum, hæc omnis est à me suscepta contentio? qua propter nullo Dei nec amore nec metu desistam ab incepto, neque prius finem vociferandi faciam, quam illam oppressero, vnde detrimentum tantum accepi-

H H 2

mus, & quærimus adhuc, à cupiditatēne, an à charitatē nata sit Lutheri præclara correctio veteris disciplinæ, cū ipsum audierimus confitentem, illius primæ dissentionis fontē auaritiā fuisse? an illā arbitrantur Deo tribui debere doctrinā, quam ipse eius princeps inficietur initium à Deo duxisse? an dubitamus ad hostis nostrimalitiam improbitatēque referre, quod non sit attribuendum Deo? at mentem postea mutauit, & malis auaritiæ orsus initiis, laudabiles imprimis habuit exitus continentia propè dicā singularis: qui verò sunt secuti, non auaritiæ modò crimine, verū etiam suspitione caruerunt. Egregiam verò mutationem sententiæ, Parisienses! an vobis videtur ille, Germaniæ principes impulisse ad inuadendas pecunias pietate maiorū suorū Ecclesiæ assignatas, vt de tā optima præda ipse auctor consilij nihil auferret ab iis, quos tantis diuitiis præter expectationem auxisset? fac illum, specimen scilicet temperantiæ, voluisse discedere inanem: at passa non fuisset illa quam à cōubernio virginum sacrarum abductā habebat secum; cōcubina, inquam, ne in egestate liberi relinquerentur expertē illum prædæ diutiùs esse non fuisset, hominūque minis, blanditiis, de cōcilio & instituto suo deduxissent. Cæteri quàm sint

ab

ab auaritia rem
bem egentem in
lici ad audiēdum
nomine pecuniæ
rationem iniri
neuz, quantu
in locis celeb
Audini ego ap
Aruernos qu
XXIV. H-S
coactum: qui
quondam vr
uatim in illa
runt; osten
ditum, vnd
cupidē feciss
me ab auari
in eos, ne
ri suspicio:
nes istos ab
sui quæstus
cæ salutis
quasi lemi
fuisse quis
mam eius
Lutheri du
ditatem il
ditas acce
tragædia

ab auaritia remoti nescio: illud scio, plebem egentem initio stipe solitam ab istis allici ad audiendum, nunc palam sacrae coenae nomine pecunias ingentes imperari, iamque rationem iniri solere vulgò, quantum Geneuae, quantum Lugduni, quantum aliis in locis celebrata coena, fuerit redactum. Audiui ego Aprili proximo cum essem apud Aruernos quendam illic patrem familias XXIV. H-S, in singula capita esse solvere coactum: quid multis moror? refertissimas quondam vrbes totâ Galliâ publicè & priuatim in illa regni perturbatione diripuerunt; ostendant, alsem vnum illis à se redditum, vnde abstulerunt, nihil vnquam eos cupidè fecisse confitebor. Sed sint isti per me ab auaritia quàm velint, alienis nulla in eos, ne leuissima quidem possit conferri suspicio: tamen quis non intelligit, omnes istos ab illo vno manasse, qui maiorem sui quæstus rationem habuit, quàm publicæ salutis? tamen doctrinæ istorum nefariæ quasi seminatorem terribilissimum demonem fuisse quis neget, qui modò recorderetur, primam eius originem ex auaritia Martini Lutheri ductam esse? post ad pecuniæ cupiditatem illa perniciofa magis gloriæ cupiditas accessit, quæ impurum illum nefariæ tragoediæ histrionem tanta affecit amena

HH ;

tiâ, iam vt nemini suorum tolerandus videretur; erat ille naturâ superbus, animo elato & inflato: vbi verò non causâ, non ingenio, non doctrinâ, sed impudentiâ & audaciâ, & immoderatâ licentiâ maledicendi cœpit esse superior; tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpsit, omnium vt iudicia reiiceret doctrinâque suâ, quam coelestem ac diuinam esse compertum habere se affirmabat, non de omnibus modò gentibus verùm de angelis etiam iudicium factum iri magnificè nimis & gloriosè prædicaret. Inuidia intolerabilis erat cum hac insolentia coniuncta; neminem de suis ferre poterat, non dico adæquari secum, sed omninò vllò esse numero, aut loco, nisi per ipsum. Quis illi fuit Andreâ Carolo studio vsu, necessitudine, amore coniunctior? quis rursus inimicior, postquàm Liturgiam, ipso absente sustulit, sacrum habitum deposuit, Eucharistiam profanis manibus tractandâ abiecit, infesta signa in templa intulit, imagines & altaria demolitus est? quæ si Luthero priùs venisset in mentem aut facere, aut docere, clamasset hâc esse puram atque integram Euangelij doctrinam: quia alium habuerat auctorem, ne amicissimi quidem hominis fama sustinere potuit, suum esse nomen offusum. Hanc insolentiam Luth-

ri, & insanam gloriæ incredibili inuidiâ
iunctam auiditatem sic imitari sunt cæteri,
magistrū vt artificio suo superarint. Quam
frequenter illa nobis obiciunt? non sequi
se hominum opiniones: scriptores quamuis
antiquos falli & errare potuisse. quasi verò
non sint homines qui hoc dicant; aut opi-
niones ipsi non sequantur suas: aut soli ex
omnibus errare nequeant; aut eos nō idip-
sum potuerit latere, in quo dicunt alios
fuisse falsos. Lugdunenses bibliopolas ac-
cepi quærentibus veterum libros aliquan-
do respondisse quid vobis cum illis senibus
deliris? ac simul doctores ex illo grege lau-
dibus in cælum extulisse. atqui sapienter
illud M. Tullij temeritatem esse florentis
ætatis, prudentiam senectutis, & in illo Ne-
uij poëtæ ludo percontanti, *Cedo qui vestrā,
republicam tantā amisistis tam citò?* pruden-
ter illud referebatur. *Proueniebant Oatores
nouī, stultī, adolescentulī.* Scripsit Bucerus, ab
omnibus iure comprehēdi Martinum, cum
aliis nominibus, tum quòd neminem quid-
quam contradicere pateretur, aut à se vlla
de re dissentire, perinde quasi ipse esset
Deus. Quid tu Bucere, qui alienam arro-
gantiam accusas, non in eo maximè indicas
quam dum ostendis valde tibi graue & mo-
lestum esse, omnes aditus nouæ laudis ab

In Dia-
log. con-
tra Me-
lantih.

illo cæteris præcludi? Oecolampadius diuinæ doctrinæ speciem tantum inanem concedit Lutheranis: videlicet veram eius faciē sibi, suisque solum esse notam nos credere volebat. Tigurini ministri constanter affirmant, sua quærere Martinum, pertinacem esse, insolentius efferri, continuò Satana tradere, si qui nollent sententiā eius sequi: nimirum licere sibi volebant à Luthero discrepare, ne vnus ille omnia inuenisse videretur; seque suæ sententiæ duces aliis malebant esse, quam alium aliquem sequi ducē: queruntur omnes Sacramentarij non sublatam à Lutheranis esse Pontificis maximi tyrannidem, sed vsurpatam, & pro ligneo illius iugo ferreum ab eis fidelium cernicibus imponi. Annon apertè vobis dicere videntur, à se primum tyrannidem Pontificū extinctam esse, sibi deberi laudem restitutæ libertatis? Porro Calvinus quibus conuitiis Lutheranorum vniuersam nationem confectatus est? quibus verborum contumeliis lacerauit? infinitum esset commemorare omnia; quæ cum scriberet, profectò volebat nos omnia contraria de se, suisque cogitare. Iam Michaëlem Seruetum non idem Calvinus extremo supplicio mandandum curauit? audiui de viris, qui Caluino quondam intimi fuissent: cū dicerēt,

Serus

Seruetum
nominis
Serueti, si
rate sen
vt nihil n
esse fate
ille potui
dio impie
minus a
verum p
alium p
re. Bre
dreas C
gustan
existim
formu
Philipp
aut eti
ctores
alienæ
tur &
niam
lum v
qui cu
exclau
factu
præco
nuc
que

Seruetum nullâ re magis, quam Hispani
nominis inuidiâ oppressum. Sed causam
Serueti, siquidem ille tam impiè de diuini-
tate sentiebat, tantum abest vt defendam,
vt nihil nunquam rectius à Caluino factum
esse fatear in omni vita: cogitare tamen
ille potuit in alterius calamitate, quæ iam
diu impietati suæ pæna deberetur, qui non
minus antiqua Ecclesiæ scita conuelleret:
verum periculosum esse duxit, apud suos
aliud pari impietate secum de laude certa-
re. Brentius verò, Urbanus Regius, An-
dreas Osiander cur in Confessionem au-
gustanam iurare noluerunt? an alienum
existimatione suâ putauerunt, sequi fidei
formulam compositam, & expressam à
Philippo, cui aut se pares arbitrantur esse,
aut etiam superiores? an suæ sententiæ au-
ctores esse maluerunt, quàm adstipulatores
alienæ? nimis hæc antiqua fortasse viden-
tur & obsoleta. Carolus Molinæus Germa-
niam à se peragratam esse gloriatur: nul-
lum vidisse ministrum paulò nobiliorem,
qui cum præcipuis de rebus non disputarit;
exclamasse omnes, natum illum & à Deo
factum esse ad Euangelium illustrandum.
præconium sanè verumne, an falsum, nihil
nunc moror, sed insigne certè præconium at-
que magnificum, si ab alio non à Molinæo

H H 5

commemoraretur, & à Molinæo iam sene. Proximo vere, Lugduni cum essem, vidi librum medici cuiusdam, cognomento Gentilis quem *ἀντὶ γένους* aiebant esse qui mihi obtulerūt: in eo verò libro præter multa de Deo, multa de mysteriis, à Calvinianis decretis longè abhorrentia, scripti erant per multi in Caluinum versus, quem nihil omninò vidisse, nihil intellexisse nouus è cœlo præcipitatus doctor affirmabat: vt ab eo discipulos abduceret, si posset: at illū affectatoribus circiter quadraginta stipatum. Calviniani, vt audiui postea, vi atque impetu incitatę multitudinis ex vrbe expulerūt; ita neque vir spiritus ingentis Caluino deferre voluit principatum neque à Caluini disciplina exorti magistri passi sunt, alio genere doctrinę recepto, omni se laude & dignitate spoliari. de Spisamio verò quod nuper accidit, potest siliari: potest tā insignis inuidia dissimulari: qui quòd multis rebus esset Beza superior, paulò liberiùs de quibusdam, quàm vellent ipsi, loqueretur, æmuli crudelitate, miser morte luit alienę inuidiæ pœnas. Crimina quæ sunt in eum collata magis ne nihil causæ diceretur, afficta, quàm quòd vera, vel illo supplicio digna putarentur, videntur obiecta. Omitto Anabaptistas, Sueuekfeldianos relinquo, præ-

terco

creo ceteros, id vos tantum intelligere volo, Parisienses, quod nemo negabit qui istorum vanitatem, inuidiam, certamina, odia cognorit, suæ quemque gloriæ studere, honori velificari suo, famam posteritatis aucupari, id agere, ut sua non aliorum disciplina diuino munere, ac dono cōcessa mortalibus existimetur. Opulenti quondam viri, ut est in libro Psalmorum, nomina sua posuerunt in terris suis, qui nomen ut suum immortalitati commendarent, fluuios vrbes agros, montes, portus, insulas à se nominari voluerunt: non secus isti disciplinis variis nomina de suis nominibus fecerunt, ut cum alij dicantur esse Lutherani, alij appellentur Zvingliani, alii aliis principum suorum nominibus notentur, tamdiu memoriam illorum viuam teneamus, quamdiu has dissimilium sectarum appellationes audiemus. Illa vero viuet, vigebitq; semper, nec ei finem vlla vmquam afferet vetustas, verum ita vigebit, ut Herodis regis, qui omnes pueros intra biennium natos iugulauit; ut Herodis alterius Tetrarchæ, qui Ioannē cognomento Baptistam securi percussit; ut Iudæ Iscariotæ, qui magistrum cœlestem prodidit Iudæis; ut Annæ & Caiphæ, qui multitudinem ad opprimendum Liberatorem à Deo sibi promissum concitauerunt; ut Pilati,

A&. 12.

Tob. 41.

3. 1. Aan. 4.

Pilati, qui damnatum illum in crucē sustulit: vt tertij Herodis regis, qui cum Iacobum Zebedei filium necasset, & à populo diuinis honoribus affectus esset, pediculari morbo extinctus est, denique vt eorum omnium memoria, qui insigni aliquo facinore, aut flagitio nobilitati sūt etiā nunc viget, at nos qui laudis auiditate & opinione doctrinæ cæci omnia Christianæ charitate iura violarunt, qui rumorem hominum scelere collegerunt, eos non aliquo aflatu diuino, qui vanitatem, arrogantiam, æmulationem, obtrectionem odit, verā docere pietatē, sed scelerati demonis furiis instinctos, omnes persequi credemus impietatis vias: illum Deus nomine balenæ significat superbis omnibus imperare: illum generis humani doctor huius mundi principem vocat: vnde charissimis ille discipulus vitæ affirmat oriri superbiam: quidquid superbia peperit, illi superbiæ principi sine controuersia tribuendum est. Redeo ad Lutherum: qui auaritia, cupiditate gloriæ, inuidia inflammatus has tot tamque graues animi pestes ira cumulauit: ea posteaquam inueterauit, & in odium conuersa est, sic hominem interdum incitabat, ita furore præcipientem agebat, vt exisse de potestate videretur. Nam cum eum multi reprehenderent,

multis

multis scriptis libris oppugnarent, cum Pōr. Max. grauit̃er in eum vehementerque decerneret, non aliter exarsit, ac bestia immanis in cauea, multis vndique relis appetita. Scripserat aliquando, rem esse præclaram, sub vtrâque specie percipere diuina mysteria, si in Concilio generali statueretur, contra hanc autem eius sententiã quidam nescio vnde libellus emanarat: cui libello cū responderet, quoniã eiusmodi homines & charta, & otio abundarent, daturum se operam professus est, ne ad scribendum eis materia deesset, cūque gloriosissimi doctores de vna aliqua hæresi sua, vt ipsis videretur, triumpharent, interea se nouam aliam esse moliturum, & probaturum omnes esse impios, qui in communione mysteriorum altera symboli parte Laicos priuent, quod in certamen cum ipse fateatur, non sua se voluntate descendisse, sed provocatum, vt verbis eius vtar, per vim raptum apparet eum antea ex animi sui sententia verè de mysteriorum communione differuisse: quæ postea literis mandauit, ea, non quod ita sentiret, sed quod dolori suo, & impotenti iracundiæ obsequi cogeretur, propè inuitum, nullò certè quidem animi iudicio, temerèque effudisse. Odium autem illius furia quis melius docere nos poterit,

poterit, quàm eius familiaris Philippus? au-
 dire quid ille, dùm Carolo stadium argueret,
 de præceptore suo scripserit imprudens,
*Sicut Lutherus, inquit, Pape sic ille vicissim odio
 Lutheri non aliqua pietatis opinione, controuer-*
siam hanc de coena Domini mouit.) O præclarum
 amici hominis testimonium! ô iudicium dis-
 cipuli de magistro singulare! non igitur a-
 pud Carolo stadium, Philippe, non apud
 Martinum doctorem tuum opinio valuit
 vlla pietatis; apud Martinum odium Ponti-
 cis Maximi; apud Carolo stadium Martini
 odium dominabatur: quæ ambo de myste-
 riis contra veterum auctoritatem tradide-
 runt, non putarunt consentanea magis esse
 pietati: sed id circo docuerunt, quod intel-
 ligerent, alter Pontifici Maximo, alter Lu-
 thero ea esse maximè aduersa, & potes eum
 Philippe diuinus, ad Ecclesiam liberandam
 natum esse dicere, quem impulsus odio,
 omnia fecisse confiteris? Nihil arbitror il-
 lustrius dici potuisse, Parisienses; tamen ne
 Martinus queri possit, se fuisse falsis testi-
 bus circumuentum, ipsum si possimus ab
 inferis excitemus, aut potius, quia non pos-
 sumus, me ipsius persona non aliis verbis,
 quàm quæ ipse scripta reliquit loquentem
 audite, (*Si quo casu id Consilium statueret, mi-*
nimè

nimē omnium nos vellemus utraque specie poti-
ri, immo tunc primum in despectum Concilij vel-
limus aut una, aut neutra, & nequaquam utra-
que potiri, & eos anathema habere, qui talis
concilij auctoritate potirentur utraque). Satis
ne magnum Conciliornm odium putatis
eius in pectore inclusum contineri? utram-
que symboli partem in communicatione
mysteriorum necessariam esse contendebat:
si tamen alicuius concilij decreto sub utra-
que mysteria participare iuberemur, ei de-
creto ne videretur parere omnino se potius
non percepturum esse profitetur. Quid
gravius dici? quid acerbius cogitari aut
fingi potuit? alia rursus accipite ex ore
meo non mea verba sed illius: (*diffiteri nec
possum, nec volo.*) Odium enim in Apostoli-
cam sedem, non occultandum, sed præ se
ferendum & gloriandum opinabatur. (*Quod
si Carolostadius, aut alius quispiam, nihil cu-
rabit, à quo disceret, dummodò Pontifi-
catum maximum euerteret*) ante quinquen-
nium persuadere mihi potuisset, in Sacramento
pater panem, & vinum esse nihil, ille magno
beneficio me sibi devinxisset. (Quid erat Mar-
tine, cur magni beneficii loco duceres hoc
tibi probari?) Grauibz enim curis, inquit, an-
xius in hac excutienda materia multum desu-
dabam, omnibus nervis exten, & me extricare. &

In lib. de
captiv.
Babyl.

In Epist.
ad Argē.

cxpe

expedire conatus sum (Video, Martine causam, cum argumenta, quibus hoc persuaderi posset magna cura, studio, labore conquireret, cum omnes ingenii tui nervos contendisses, in eaque vna cogitatione defixus esses, non inuenires tamen non immerito tu quidem, qui tanto te labore molestiaque liberasset; qui tibi demonstrasset quod non reperiebas, ab eo beneficium immortale te crederes accepisse, verum quæ te Martine, quæso, tam graues angebant curæ, quid animum tuum dies, atque noctes tam sollicitum habebat? cur sudabas? an studio cognoscendæ veritatis eras incensus? attendite, obsecro, quid ipse respondeat. (*Cum probè perspicerem hac re Papatui valde me incommodare posse.*) ergo nunquid verum, quid rectum, quid Euangelio consentaneum esset, quærebas, sed quid Pontifici maximo valde noceret, tute induisti Martine: tua te confessione irretitum tenemus, Spiritum sanctum putabas, quod nemini significasset vquam, patefacere tibi voluisse? maiorem Deo, quam hominibus fidem habendam esse arbitrare? nullius emolumenti spe, nullius incommodi metu, veritatem dissimulandam existimabas? tua te refello oratione, non ducebaris amore veritatis, sed odio Pont. Max. præceptis ferebare, doloris vlciscendi

libido

libido in visceribus, atque in venis penitus
inclusa non studium restituendæ religionis,
neque de hominum salute, cura te ad quæ-
rendum incitabat: quæ verò Deus antea ce-
lauerit animi quieto & placato statu, quæ
amentia est, ea agitato & perturbato de-
monstraturum illum existimare? Tenemus
odium Lutheri Parisienses, ille ipse, si nunc
existeret ab inferis, inficiari non posset cæ-
teros pari odio fuisse concitados, cognosci-
mus ex eo, quòd nullo non tempore & loco,
fictis etiam fabulis non Pontificem maxi-
mum solum, verum vniuersum etiam sacrũ
ordinem in contemptionem adducere co-
nantur. Quid de acerbissimis omnium inter
se odiis dicam? si ea de Carolo studio, Sa-
cramentariisq; omnibus Lutherus Phi-
lippus, Vvestphalus, alique Lutherani, ac
de Luthero vicissim, & Lutheranis vniuer-
sis Carolostadius, & Sacramentarii cæteri
scripserunt, quæ de populo quilibet iratus in
suos inimicissimos non scripsisset: si ea vtri-
que in Anabaptistas, Anabaptistæ contra in
iplos effuderunt, quæ nescio an quisquam
alius in suum aduersariũ dixisset: si ea Phi-
lippus in suum Osiãdram, Osiãder in Philip-
pum, ac cæteri eodem modo Lutherani alii
in alios maledicta cõiecerunt, nemo vt ipso-
rum graniora contulerit in Pont. Rom. eius-

que defensores possumus istos animo sedato & tranquillo declamasse, scripsisse, emisisse, illa credere, quæ nemo vnquam nisi ira odioque furens cogitarit? aut in tanta odij flamma quidquã fuisse pietati relictũ loci; sceleratum illum magistri sui proditorem accepimus, cum auaritiæ stimulis vrgeretur, effusioque vnguento lucri spem sibi doleret esse præcisam, exclamasse, rem indignam videri, perdi temerè pecuniam totam, vnde multorum egentium posset inopia subleuari? ac rapacitati suæ populare misericordiæ beneuolentiæque nomen, quasi velũ quoddam obtendisse: pari ratione isti seueri disciplinæ veteris emendatores, etiam si speciem quandam religionis inanem præ se ferant, & hominum charitate abducti, ad illustrandam veritatem, & suam fidelibus libertatem restituendam accessisse videri velint, variis tamen cupiditatibus inflammati, auaritia, studio laudis immodico à superbia nato, ira, odio tum nostri, tum mutuo inter ipsos, venisse putandi sunt ad statum Ecclesiæ perturbandum, labefactandum, conuellendum. Etenim si qua cura veritatis, si quod studium sinceræ pietatis, si quis incorruptæ religionis amor eos non effrenatæ animi libidines, ad hoc certamen impulerunt, quid est, quod multa ipsi faciunt, quæ

quæ eadem in nobis acerbissimè reprehendunt? nolunt hypodiaconos, diaconos, presbyterosque nostros de altari vivere: nolunt è populo quidquam eos accipere in cellam, qui si ut in suis, sic etiam in Ecclesiæ rebus luxuriosos nepotes reprehendunt (quanquam non omnes ita viuunt, multi- que sunt studiosi continentiae veteris imitatores) sed si luxuriosos, ut dixi nepotes reprehendunt, habebunt nos etiam adiutores, si autem omnino nihil Ecclesiæ ministratores accipere debere contendunt, unde ipsis pecuniæ tantæ non ut communis vitæ modò, verum ut bellorum etiam sumptus, distantibus in locis queant sustinere? Quare Viretus Lugduni paulò ante meum in eam urbem aduentum, cum filiam collocare veller, tot millia nummum aureorum, dotis in nomine coegit? quare eidem in eadem vrbe publicè quæ suppeditarent ad victum præbebantur; neque Vireto, neque ulli istorum certè pecuniæ sunt in singulos annos attributæ: quid refert, quo modo accipiant, modò cõster eos plus etiam accipere, quàm sit necesse? verum & rectum esse negant, sacrificiorum nomine pecuniam solui, an liceat & quatenus, non disputo in præsentì, tantum quæro, quid causæ sit, quamobrem ipsorum in ceteris

nomine sacrae coenae certa summa in singula capita imperetur? eleuant controuersis de rebus & Pontificis maximi & Ecclesiae iudicium: cur Lutheranorum ministri, cur Saxonum ciuitates doctrinam Sacramentariorum publico decreto condemnarunt? cur Calvinus de Serueto dogmatis aut solus, aut cum suis cognouit, statuit, iudicauit? cur Martio extremo Lugduni me praesente in Gentilem contemnentem Caluini sententias, & multa nunquam ante id tempus audita de diuinitate cõminiscentem Caluini ministri, se iudices esse velle dixerunt? cur recusantem illum, & ad Ecclesiam vniuersam prouocantem, ad Ecclesiae totius, hoc est ad sartorum, sutorum, cerdonũ, fullo- rum, & aliorum opificum & muliercularum, & adolescentulorum iudicium iuuiti reiecerunt? inhumanum, crudele, impium vociferantur esse à nostris regibus, principibus, magistratibus in suos nomine religionis animaduerti: atqui Lutherani suos principes ad Sacramentariorum licentiam ferro coercendam saepe sunt adhortati: de Serueto Calvinus extremum supplicium sumpsit, editoque libro docuit, iure haereticos capite damnatos morte mulctari. Spermunt omnia sine scripto nobis à maioribus tradita quasi per manus, nosque ad literas, &

sylla

syllabas in omni disceptatione vocat. Quid ergo Luthero venisse dicemus in mentem, ut contra Sacramentarios de mysterio corporis, & sanguinis absque scripto pugnaret, tradita per manus Ecclesiae disciplina? quid Lutheranis, & Sacramentariis, ut vnoc consensu aduersus Anabaptistas de puerorum infantium baptismo, non scriptis Apostolorum decretis maximè contenderent: quid omnibus omnium hærescon hominibus, ut non nisi ieiuni capiant mysteria diuina? quid denique Caluino, ut scriptum faceret, iuberi nos habere corda sursum, cum nusquam hoc reperiatur, nisi in Liturgia? Suenckfeldius etiam scripta diuina repudiat, nosque ad somnia & nocturna visa intentos esse iubet: quare qui sententiam suam confirmet, comperies, auctoritate librorum diuinorum, quos relinquit, cum abuti: clamant omnes, plus æquo nos philosophiæ tribuere; ad eiusque normam velle dirigere Christi doctrinam: quare plerique istorum dum Peripateticorum, & Academicorum decreta fugiunt, qui liberos esse homines volebant, in Stoicorum sententiam declinant, qui omnia fati necessitate deuinciēbant? quare horum argumentis vtuntur ipsi, nos illorum rationibus vri vetat? quare Caluinus in illa plena erroris, & impietatis

In cpe st.
ad Arber
tum Mar
chionem
Branden
hur.

de corpore, & sanguine Christi disputatione philosophiam maluit sequi ducē, quā cœlestem Apostolorum Christiue doctrinam? quare victus iis, quæ à Physicis de corporum natura differuntur, in apertissimis Euangelistarū, Paulique verbis novos quaesivit verborum modos? Bella Pōtificum Romanorū cum principibus Christianis gesta reprehendunt, nōc ipse vllam in partem disputo, vnum hoc mihi respōdeant, quibus cū ipsi quarto abhinc anno dimicarint, cum Turcis, an cū Christianis? dies me deficiat, si persequi velim omnia sigillatim, quæ ridiculi correctores, cū eadem ipsi faciant, in nobis reprehendunt, illud modò memoria tenete, Parisienses, qui non curent, quid ipsi faciant, dummodo nostra non sine aliqua ad speciem probabili ratione perueriant: neque veritatē eis, neque pietatem, neque hominum salutem, neque Ecclesiæ statum, neque Deum esse curæ; sed vnum id esse propositū, infinitas & insatiabiles animi cupiditates explere. Satis iam satis diu nos istorum hominum quibusdam quasi religionis pigmentis fucata oratio fefellit, satis diu falsa veræ pietatis, Euangelij, libertatis vsurpatione delusi sumus, nūc quæ antea latebant, patent, illustrantur, erumpunt omnia, nōmini iam illā excusatione

uti licebit: diuinos quosdam esse homines,
omnia diuinitus & facere, & loqui arbitra-
bar, & id tantum agere, ut quæ obscurasset
ignoratio illustrarentur; quæ verustate ia-
cerent, excitarentur; quæ negligentia dela-
pſa iam fluxissent, ſeuerioribus legibus vin-
cirentur nullus iam reliquus est huic excu-
ſationi loc⁹, audietis poſt aliis orationibus
ex me ipſo cætera, quæ ſunt à me initio pro-
poſita, nec tam anguſtis vnius horæ ſpatiis
includi potuerūt, nunc ad ea, quæ dixi nihil
addo. Si cupiditatū omniū ſator altor, am-
plificator diabolus eſt, ut charitatis Deus,
ſi diabolo accepta referēda ſunt quæcūque
à cupiditate proficiſcūtur: ſi omnis iſta pie-
tatis colore florens, neruis impietatis iun-
cta, & couſtricta diſciplina ex pecuniæ cu-
piditate nata, ſtudio laudis immodico, ar-
rogantia, inuidiæque aucta, iracundiæ, odiique
viribus confirmata eſt, poteſt vlla ei venia
concedi, qui media luce nihil cernat neque
intelligat, cui tot, tam diſſimiles, tam dete-
ſtabiles cupiditates, initium, incrementum,
robur attulerint, eam non aliunde, quàm à
neſario generis humani hoſte oriri po-
tuiſſe doctrinā? poteſt ignoſci ei, qui ſancti
ſpiritus, Chriſti, Apoſtolorum religionis,
pietatis, Euangelij ſe dicat ſpecioſis nomi-
nibus fuiſſe captum, cum originem ipſam

videat his nominibus maximè aduersam?
 vos aciem mentis intendite. Parisienses, &
 omnes istos, qui solēt crebris hæc vsurpare
 sermonibus; qui in cōuiuiis, vbi maioribus
 poculis doposcerunt, tanquā in schola gar-
 riunt diuinis de rebus; qui se nusquam non
 inculcant auribus nostris, penitus intuemini:
 nūquam vos illi falsa imagine eludent;
 nunquam artificiosa, & callida ratione de-
 cipient: quem habuerint magistrum facilè
 cognoscetis, quòd fixū illud vestris in men-
 tibus hærebit, omnia ipsorum consilia spe-
 ctare ad eas, vnde orta sunt, effrenatas ani-
 mi libidines exsaturandas. Isti illi sunt falsi
 1. Pet. 12. & adulterini doctores, quos Petrus in Eccle-
 sia futuros aliquando prænuñciauit, vt in-
 ter Israëlitas adumbrati vates extitissent:
 qui tametsi nihil nisi Euangelia, Pauli epi-
 stolas, Apostolorū vitam, & facta loquun-
 tur tamen occultè sectas perniciosas, & di-
 sciplinas exitiabiles inducunt: tametsi nihil
 nisi Christi sanguinem in ore habent, dum
 eius verba tamen, & mysteria peruertunt,
 eum qui emit eos, dominū negant: tametsi
 vitam beatam & immortalem & sibi, &
 suis quietis, ac nihil agentibus pollicentur,
 celerem tamen interitum, & exitium ipsi
 adsciscunt sibi. Nihil vos moueat, quòd eo-
 rum intemperantem disciplinam; & insti-

ruta

ruta exitiosa quàm plurimi persequuntur,
 tot antè seculis hoc euenturum esse præ-
 dixerat Petrus; idem ante Petrum denun-
 ciauerat omnium magister Christus, qui Matt. 24
 illud etiam adiecit, ipsos illos a Deo ex om-
 ni numero delectos homines propemodum
 in errorem inducendos. Multi mortales
 hæreticos olim sunt secuti: multi etiã nunc
 sequuntur Mahometẽ: multi relicto Chri-
 sto se conferent ad Antichristum. Moneant
 illa potiùs vestros animos, Parisienses, quod
 per istos factum est, vt derideatur à Iudæis,
 id quod præsentè, & audiente me aliquan-
 do contigit, & contumeliosè reiciatur ve-
 ritatis ratio, atque via; cùm dicant, veram
 illam religionem esse non posse, in qua tam
 multæ grauissimæ de rebus contentiones
 existant: quod adumbratam abstinentiæ
 speciem suis cupiditatibus prætexentes, pul-
 chris virtutum nominibus, & ad captandas
 voluntates composito sermone vos ad se
 allectos per auaritiam, ad suum arbitrium
 nundinantur: postremò quòd eorum dam-
 natio, & pœna non cunctatur; quod interi-
 tus, vt Petri apostoli verbo vtar, non dor-
 mitat, sunt illi nunc sani, sint metu liberi, 2. Pct. 3.
 sint soluti: sua illa venena spargant impunè:
 & quoniam necessariis de causis hac in ciui-
 tate tolerantur, sint quandoquidem ipsis ita

videtur, beati, sint florentes, erit erit illud aliquando tempus, nisi ad se redierint, cum iustas, amentiaque suae iamdiu debitas poenas perferent, tantò grauiiores, & atrociores, quantò diuturnior eis fuerit impunitas concessa: veniet tandem ille dies, quo die diuina vis ac seueritas, animaduersionis tarditatem supplicij grauitate compensabit. Quæ cum ita sint, Parisienses, præbete vos, vt fecistis adhuc, in veteri fide constantes, in antiqua religione firmos, graues in maiorum disciplina, in Ecclesiæ institutis, ac moribus laboriosos, atque diligentes. A quibus hæc ciuitas primùm acceperit Christi doctrinam, recordamini: Dionysium dico, Rusticum, Eleutherium & alios sanctissimos eruditissimósque viros quemadmodum illi vixerint, assiduè vobiscum cogitate, quò iam ita viuendo peruenerint, considerate, eorum & vitæ genus, & rectè dictorum recteque factorum sempiterna præmia intuentes, imitamini religiosam fidem Iesus

Hebr. vlt. Christus heri, & hodie, ipse & in sæcula. semper eadem fuit, quæ nunc est & consequentibus annis erit in Ecclesia Catholica doctrina variis, & peregrinis, hoc est, ab ea, quæ perpetua & Ecclesiæ successionem prodita nobis est, alienis doctrinis nūquam

VOS

vos abduci
vnde cumque
derit: sed
ti, gratia n
in ea, quam
bibistis, &
disciplina vsq
manete.

P E T

De retinenda
hæc



Precor
ab eo pr
cōuentur
tur, nos
ad confir
de cupin

vos abduci patiamini; nec eò vela detis, vnde cumque se flatus aliquis erroris ostenderit: sed voluntate stabiles, fide fundati, gratia nostri Liberatoris immobiles, Ephesa in ea, quam animo à prima pueritia imbibistis, & ad hanc ætatem retinuistis, disciplina vsque ad extremum spiritum permanete.

PETRI IOANNIS PERPINIANI.

*De retinenda veteri religione, & falsa recentium
hereticorum doctrina reiicienda,
ad Parisienses.*



VENIT alterius orationis dies, Parisienses, quo die pars altera promissi muneris si minùs tota, aliqua ex parte certè persoluenda est.

Precor Deum Optim. Max. vósque omnes ab eo precari velim, vt sine turbis hunc cōuentum omnium lætitia celebrari patiantur, nos enim vt actiones has instituamus ad confirmandos animos bonorum, sic valde cupimus eas ad exitum sine cuiusquam
vel